

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Predestinatio siue prouidencia diuina m
cum fonte primo

Tolle regis Balaac
maliciam

et

nusquam erunt prophete

Balaam.

Aufer maliciam Iude et prodicionem,

auferes pariter et crucem Christi et
passionem.

Si non fuisset mors Christi, nec
resurrectio eius, nec aliquis
primogenitus ex mortuis,

nec spes resurrectionis.

Origenes ibidem (super illud Numeri
XXII.: Stetit angelus Domini contra
Balaam).

Et ut ad haec quae habentur in manibus
ueniamus,

tolle Balach huius regis pessimi
malitiam,

qua inuitat Balaam ad deuotandum
populum, pariter abstuleris erga filios
Israel dispensationem Dei et
prouidentiae eius fauorem,

nusquam prophetiae illae erunt
quae per os

Balaam

et filiis Israel et gentibus prophetantur.

Quod si etiam Noui Testamenti cupis de
hoc testimoniis confirmari, si

auferas malitiam Iudae prodicionemque
eius perimas,

abstuleris pariter crucem Christi et
passionem

eius; et si non sit crux, non *exuuntur*
principatus et potestates nec
triumphantur in ligno crucis.

Si non fuisset mors Christi, utique nec
resurrectio fuisset nec exstitisset aliquis
primogenitus ex mortuis (Col. 1:18).

Quod si non fuisset 'primogenitus ex
mortuis',

nec spes nobis resurrectionis
fuisset.

Origenes, *In Numeros homeliae*, 14, 2,
3-4 (SC 442, L. Doutreleau ed., p.168,
ll.93-107).